



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

56. De pascha annotino

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

les Antiphona; Helena Constantini. Antiphona; Tunc præcepit. Antiph. Helena sancta. Antiphona; Cumque ascend. Antiphona; Orabat Iudas. In Euágelio. Antiphona. Cú orasset Iudas. De sancto autem Alexádro & socijs eius post Benedicamus, commemorare solemus. Exaltatio autem sanctæ crucis non adeo generaliter & solemniter celebratur, & hoc fortasse ideo, quam nullum inde tam speciale statutum, vt de inuentione reperitur.

Cur Exaltatio crucis nõ æquè celebris.

De Pascha annotino.

CAP. LVI.

15 ROMANI annotinum pascha quasi anniuersarium pascha dicunt, quia antiquitus apud illos, qui in priori Pascha baptizati sunt, in sequenti anno eadem die ad ecclesiam conuenere, suæque regenerationis anniuersarium diem cum oblationibus solemniter celebrauerunt. Cuius diei hoc erat officium Resurrexi, per totum. Lectio Vidi Ostium. Euang. Erat homo ex Phariseis, cum orationibus ad hoc cõpetentibus, quæ omnia apertissimè de gratia regeneratorum agere videtur. Sed quamuis huiusmodi anniuersarius à paucis

Annotinum pascha anniuersarium baptismi.

cis vsquam obseruetur, authentici tamen libri ipsum obseruari debere inuunt, qui nobis lectiones & Euangelia sub titulo Paschæ annotini præscribunt. Sed enim quilibet suum natale quo ad æternam mortem natus est, obseruat; quanto magis illum obseruare deberet, quo ad æternam vitam regeneratus est.

De Letanijs.

CAP. LVII.

Maiores Latania
a D. Gregorio,
Triduanæ vero
Letaniae à D.
Mammerto in-
stituta.

MAIOR Letania à beato Gregorio Papa primo, pro pestilentia ipsius temporis instituta est, quia & Iohanni Episcopo Rauenati scribens, diem Letaniae tempus cineris & cilicij appellat. Triduanæ autem Letaniae ante Ascensionem Domini non Romanæ, sed Gallicane sunt: quia illas sanctus Mammertus Viennensis Episcopus instituisse legitur, quas sancti patres non equitando, non vestibus preciosis utendo, sed in cinere & ciliico, sicut & maiorem Lataniam obseruari statuerunt. In quarum vltima die in vigilia Ascensionis Domini canitur officium Vocem Iocunditatis. Offertur viri Galilæi. Communio, Pater cum essem.